Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ccxxij 229

Fulligineus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut
sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce ap-
parunt eis moyses et helyas cum eo loquentes. Respondens
autem petrus dixit ad ihm. Domine: bonum est nos hic esse. Si
vis faciamus hic tria tabernacula. tibi unum et moysi unum
et helye unum. Adhuc eo loquente. ecce nubes lucida ob-
umbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius
meus dilectus: in quo mihi bene complacui. ipsum audite. Et
audientes discipuli ceciderunt in faciem suam: et timue-
runt valde. Et accessit ihs et tetigit eos. dixitque illis.
Surgite: et nolite timere. Levantes autem oculos suos nemi-
nem viderunt nisi solum ihm. Et descendentibus illis de monte:
precepit eis ihs dicens. Nemini dixeritis visionem hom-
inis donec filius hominis a mortuis resurgat. Lectio. Ad thessalo.

Fratres. Rogamus vos et obsecramus in dno ihu
ut quemadmodum accepistis a nobis. quomodo oporte-
at vos ambulare et placere deo. sic ut et ambulatis ut ha-
bundetis magis. Scitis enim quae precepta dederim vobis
per dm ihm. Hec est enim voluntas dei sanctificatio vra
ut abstineatis vos a fornicatione: ut sciat unusquisque
vrum vas suum possidere in sanctificatione et honore. non in
passione desiderii. sicut et gentes quae ignorant deum. ne
quis supergrediatur. neque circumuenat in negotio fratrem suum
quia vindex est dns de his omnibus sicut prediximus vobis
et testificati sumus. Non enim vocauit nos deus in immundi-
tiam. sed in sanctificationem in xpo ihu dno nro. Sedm matth.

Illo tempore. Egressus ihs secessit in partes tyri et sydonis.
Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa: clamabat
dicens ei. Miserere mei dne fili dauid: filia mea male

Dom. ij post ad thessalo.

Feria sexta :